

D. Gerhardi Titij Dogmata.



44.

DE

PERSEVERANTIA SANCTORVM

EXERCITATIO THEOLOGICA

Contra

REFORMATOS

2 V A M

D. O. M. A.

PRAE SIDE

GERHARDO TITIO

SS. THEOL. D. ET PROF.

ORDINARIO

IN INCLYTA ACADEMIA JULIA

Ad diem Septemb.

IN NOVI LIVLEI AUDITORIO MAIORI

Publicè proponet

CONRADUS STROVERUS

HEDEMUNDENSIS

AUTOR & RESP.

32 (o) 26

3

HELMESTADII,

Typis JOHANNIS HEITMÜLLERI.

Anno obis 1562.



ИЛЯНУЕГЯНЧ

МУЛОГОИАС АИТ

СОБОДАНИЯ ОУН ТОВАРХЕ

Соглаш

СОТАМЯОЗЯ

КИЧОД

А М О Д

Я С Г В А Я

ОГТІР ОСЯАНЯЕ

Я О Я Т З О Д О Е Н Т

О Я А Н І Я О

А Д П И А Б Т О В А

А С О І К О П О Р И Ч А І Ч О К Н І

С У З З Г О Г О С В Д А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

С О В О В А Н Г О

PER

P^{ON}
Plu
ver

sta fax a

felix ill

mnemr

Theolog

faciae

aniplc

forma

monst

dixeris

nianos

istocap

Ex eod

lum, fo

rentia,

ducun

alteriu

dum h

ant.

I





DE
PERSEVERANTIA SANCTORUM
EXERCITATIO
THESIS I.

Postequam ad Ecclesiæ, Papales tenebras vix dum e-
ploratæ, novam perturbationis materiam, contro-
versiam nimirum Sacramentarijam, tanquam fune-
sta fax adhæsit, absolutum Calvinianorum decretum; in-
felix illud lolium & apostema, quod succum & sanguinem o-
mnem pietatis exsugit, fermentiq; instar seſe per universum
Theologia corpus ita diffundit, ut nihil sani sapidq; reliquum
faciat; huic suo decreto, tanquam fundamento, Calvini-
ani pleraque, nisi omnia, Theologiaz ad suum gustum Re-
formatæ placita, superstruxerunt. Unde non abs re à Re-
monstrantibus verbis, quæ jam producebamus, additum
dixeris: *Quod apud Pontificios est Ecclesia, illud apud Calvi-
nianos esse prædestinationem, & uti tota illorum religio ex uno
istocapite, ita horum totam religionem ex hoc uno dependere.*
Ex eodem etiam capite, & fonte satis turbido, rivulum il-
lum, fonte suo non multò liquidiorem, dogma de perseve-
rantia sanctorum, quale ipsi fovent, ijdem Calviniani de-
ducunt. Id quod ita altè illis insedit, ut & antehac unius
alteriusque Synodi autoritate munitum illud iverint, nec
dum hodiè ipsi patrocinandi animum mutent aut abjici-
ant.

II. Nos, quid veri, quid falsi hoc ipsorum dogma
A 2 habe-

*Remo n.
strant.
in Apolog
p. 18.*

loc. cit.

habeat, cum experiti pro nostra tenuitate suscepimus, principio, ne Andabatarum more cæcis pugnetur iæibus, rò exiropor sive id, de quo disceptatio est, firmiter constitueremus. Illud igitur præcipue hoc est: *An homo verè renatus per peccata regnabit penitus, sive, totaliter excutiat gratiam Dei, fidem & Spiritum S. seu; An Deus hominibus verè renatis graviora peccata, dum ea faciunt, condonare, q̄s q̄ ante actam pænitentiam suā gratia & Spiritu S. adesse velit?* Hoc Calviniani affirmant, nos negamus; illud Calvinianis negant, nos affirmamus.

III. Nos affirmationis nostræ testes producimus Aug. Confess. artic. 12. quæ ita: *Demnani Anabaptistas, qui negant, semel iustificatos posse amittere Spiritum S. & Apol. ejusdem, tit. de Dilect. & Implet. legis p. 86.* Fides illa que accipit remissionem peccatorum in corde perseverante, non manet in his, qui obtemperant cupiditatibus, nec existit cum peccato mortali. Tum Artic. Smalc. part. III, artic. 3. circa finem. Docendum est; si sancti, qui originale peccatum se adhuc habere sentiunt, & quotidiè de eo pænitent, & cum eo lulantur, insuper ruant in manifesta peccata, ut David in adulterium, — eos excutere fidem & Spiritum S. & abesse tum ab ipsis fidem & Spiritum S.

IV. Huic affirmationi, antequam argumentis nostris fidem faciamus, è re fuerit, ne terminorum, qui in formatione status fuerint adhibiti, ambiguitas difficultatem pariat, priùs eam evolvere. Renatus igitur, eti for maliter is dicitur qui verè credit, ex verbo Dei vivo I. Pet. 1.23. & Sacramento initiationis regenitus Tit. III. 5. nostamē indifferenter credentis, renati, iusti, iustificati, sancti, sanctificati nomine cum appellamus: His enim quamvis diversos conceptus formales non derogemus; sunt tamen ratione subjecti unum, quatenus sunt simul, atque cohærent

nexus



sexuita iudicis, ut ubi unum est, ibi & reliqua sint. Di-
stinctum autem planè volumus ab electo, renatum; ersi e-
nīm omnis electus renascatur; non tamen vice versa o-
mnis renati eliguntur, neque semper hæc duo sunt in eo-
dem subiecto; cùm nonnulli renatorum, ob prævisam fi-
nalem impunitiam reprobentur, & quidam electi, pro
aliquo tempore non sint renati, cùm fidem in præsentii a-
liquando non habeant. Pleniorē hujus discriminis ex-
planatiōem, vide apud Meisnerum in Anthropol. sacra
Dec. 2. disp. 9. th. I.

V. Per peccata regnantia notamus ea, quæ contra-
distinguuntur venialibus, ijs quæ Tertullianus vocat pec-
cata quotidiana inuisio[n]is, quibus omnes simus obiecti, quæ-
que sunt pravi motus in renatis, qui in ipsis citra plenum
consensum & approbationem voluntatis consurgunt, ut si
qua dubitatio aut libido prava in animo oriatur, quibus
penatus non consentit, sed carne cum affectibus crucifixæ
Gal. v, 24. devitat id, ad quod illa inclinat. Regnantia ita-
que peccata his opposita, flunt, quando homo à propriacu-
piditate inescatus Jac. 1, 14. carnis desideria perficit Gal. v, 16.
& destinariā animi malitiā ac contumaciā peccat. Vocan-
tur alijs peccata, usitato tamen magis quam commodo
vocabulo, mortalia; quod peccata ita consummata ex iu-
stitia Dei Rom. 1, 32. dignant mortem Jac. 1, 15. & autorem
iure hereditarii caelis, non intercedente pœnitentia, ex-
cludant, i Cor. vi, 9. Convenit quidem etiam venialibus
hæc mortalium peccatorum appellatio, si ex natura eorum
illa astimes; sed incongrua ijsdem appetet, si ea pendas ex
estimatione Dei, conditionem ea constitutum spe-
ciantis, & de facto ad damnationem ijs non impulantis,
ob causam ex parte Dei quam hominis, quas vide apud
Gerhardum Nag. Loc. comm. Loco de Peccat. aet. th. 38.

VI. Per Gratiam Dei intelligimus favorem & amo-
rem Dei specialem & gratuitum, quo actu credentes in
Christum, propter eum complectitur, intimè ut filios a-
damat, & in sinu quasi sovet. Estque hæc gratia, quam ex
idiotismo linguae sanctæ piè viventes invenire in oculis Dei
h.e. consequi dicuntur. Vide Glassium Phil. sac. Rhet. tr. I.
c. 15. p. 451. Hanc gratiam amittere, est; non amplius ha-
bere Deum clementem ac propitium, tanquam diligen-
tem patrem, sed iratum ac formidandum, ut severum ju-
dicem.

VII. Fidem non accipimus pro notitia credendo-
rum ad salutem necessariorum, nec etiam pro assensu: illa
enim in nefariè etiam peccantes, ex Lucæ XII, 47, imò in
ipsos diabulos cadere ex Marci I, 24. cùm pateat, facile largi-
mūr. Accipimus autē pro fiduciali Servatoris apprehen-
sione, qua quis præviā cordis contritione credit, Christum
se quoque pro SE tradidisse in remissionem peccatorum
Gal. II, 10. cum quo actu immediatè cohæret alter ille fidu-
cialis, qui vere demum conscientiam consolatur & ex terroriz-
bus liberat; ille nimirum, quo quis credit, sibi quoque pro-
pter Christum remitti peccata, & ad Deum sibi propitium,
non secus ac liberi ad dilectum Patrem, liberè accedit ac
clamat, Abba pater Rom. IX, 15. uti ijsdem ferè verbis hæc
tradit Plur. Rever. D. Præses Thes. Theol. disp. 8. th. 4. Ab
hac fide deficere, est, filialē fiduciam in Deo per & pro-
pter Christum nobis reconciliato, recumbentem, perdere
& accessu libero prohiberi; eò quod applicatio meriti Chri-
sti impediatur.

IIX. Spiritus Sancti peculiarem quandam in creden-
tibus præsentiam intelligi volumus; talem nimirum, quā
homini dat cor novum, eum condit ad B. opera, in eo velut
templo habitat, suamque in habitationem gratiolis effectibus
con-

August.
Conf. art
12.

contestatur, dum nimis vitia expellit, & pios motus ad
secundas virtutes excitat: qua ratione vocatur *Spiritus gra-*
tia & *precum Zach. XII, 10. veritatis, quem mundus non potest*
accipere Joh. XIV, 17. Sanctificationis i. Cor. VI, 15. Adoptionis
Rom. IIX, 15. Promissionis Eph. I, 13. Gratiae Ebr. X, 29. Quam-
vis igitur *Spiritus S.* adsit ubique & omnibus per potentiam
& presentiam, itemque per essentiam, de quibus praesentiæ
divinæ modis vid. B. Slevogt. Disp. Theor. 15, 16, 17. attamen
non adest ubique peculiari illâ & gratiosâ suâ de quâ jam
dictum, præsentia. Talis autem *Spiritus S.* præsentia rejici-
etur, & ipse *Spiritus S.* expellitur, non hostili quadam
violentia; illud enim in Deum omnipotentem non cadit;
sed exuti dicitur, quando malitiosâ hominis resistentiâ
motus, gratiosam sui præsentiam ei subtrahit, sibi eum
relinquit, nec cor amplius renovat, ut induat novos affectus,
& ita parere bona opera possit.

Aug.
Conf. art

20.

IX. Restriccio illa, voce penitus vel totaliter expres-
sa, sumitur in hac propositione (Fides & Sp. S. à renatis
penitus exutitur) vel ratione subjecti; atque ita dicimus,
quod tam electi quam renati omnem filialem erga Deum
fiduciam, peccatis mortalibus possint perdere; vel ratio-
ne predicati: siue ita rursus bifariam: aut respectu ter-
mini, ad quem patet regressus: idque dupliciter: primò de
potentia, quasi nunquam possit recuperare gratiam Dei, quo-
modo nos non accipimus, reclamat enim scriptura &
Aug. Conf. art. 12. deinde de actu, quod non omnes eam
recuperent, id quod de quibusdam ex eventu scimus: Aut
respectu termino a quo, quod is, qui jam penitus non habet,
possit iterum habere totam, id quod de nonnullis renatis
& omnibus electis statuimus.

X. Hisce ita expeditis, ad theseos nostræ confirma-
tionem accessuri, ut in ea rectè atque ordine versemur, ar-
gumen-



gumentorum tres constituemus, classes: in quarum primâ, ipsa Scripturæ loca producemus, in quibus apertissimè planissimeque & tantum non totidem verbis sententiam nostram Spiritus S. adstruit. In hac igitur agmen ducet locus Ezech. xix. 24. Si aversus fuerit iustus à iustitia sua — nunquid vives? & vers. 26. — moriendo morietur. Per justum intelligi renatum, manifestò deprehendet, qui ad vers. 5, 6, 7, 8, 9, recurrerit: ijs enim Spiritus S. justum illum describit quatuordecim qualitatibus, quas in nolum nisi renatum cadere certum est: idque præsertim ob additam clausulam vers. 9. justus est, vivendo vives. Idem inde liquet, quod impiο ille aliquoties opponitur, de quo dicitur, quod, nisi pœnitentiam egerit, moriturus sit: inde colligitur, impium, si pœnitentiā egeat, & hac deficiente moriturus sit, fidei etiam esse experiem: justum vero contrà, qui, quamdiu talis, moriturus non est, vera fide præditum & sic renatum esse: Tandem ejusdem quod volumus, argumentum est, quod justum describit, cuius in iustitiae prioris Deus non recordatur Ezech. xix. 22. quā, & similibus phrasibus, quas vide Rom. iv. 4, 5, 7. formale justificationis, consentientibus Calvinianis, exprimitur, & proinde is, de quo eæ usurpantur, fide prædictus arguitur. De tali jam Deus affirmat, quod si abominationem facias, sit moriturus: & morte quidem non temporali sed æternâ, cùm de tali morte sermosit, ex cuius laqueis per conversionem sese exuere homo potest vers. 21. id, quod de temporali, cujus sine exceptione subeundâ, capi nequit. Jam ergo, si mori planè, morte scilicet secundâ illa, etiam fidem amittere renatus potest, utpote quā præsente nemo perit, sed omnes vitam æternam habent Joh. iii. 16. Excipere quidem communiter Calviniani hie solent, Prophetam loqui conditionaliter: Si avertat se justus, inde ergo non posse inferri,

primā, illimē ntiam cet lo- sua— Per ju- et, qui justum in nul- tūm ob . Idem de quo sit: lin- defici- m vero tra fide iudic vo- uis in- ia, & li- ale ju- tur, & tur. De sit mo- , cùm ionem ilici. cu- rgò, si nitte- sed o- idem con- se in- ferri,

ferri, absolute posse eum averti. Verum possibilium esse, quæ hic includitur, conditionem, patet (1) quia omnis conditio, quam Deus in suis promissionibus vel comminationibus proponit, quando illam ponit, & in quantum ponit, hominibus est possibilis, si non per naturam, saltem per gratiam; uti recte nota Gerhardus Isag. loc. Theol. de B. op. th. 31. (2) quia propositio illa, *si averterit se impius ab impietate, vivet vers. 21.* opponitur huic: *si averte- rit se iustus à iustitia — morietur vers. 24.* atque sic ex conditionis in istâ propositâ possibilitate, ejus quoque, quæ in hac proponitur, possibilitatem estimandi copiam, dat ipsa oppositorum natura: Ne jam dicamus, quod ipsorum etiam adversariorum plurimi, conditionem illam possibilem satis faciant, quando concedunt, renatos enormibus peccatis Deum offendere posse, ut id infra ipsorummet testimonijs plenius ostenderetur. Possibili igitur hac conditio, sub qua nos ipsi quoque fidei amissibilitatem asserimus, assertâ, manet locus iste firmum nostræ sententiae fundamentum.

XI. Proximus ab isto erit ille ex N. T. 1. Cor. 9, 27. ubi dicit Apostolus, *se subigere corpus suum, & in servitu- tem redigere, ne quomodo, cùm aliis prædicet, ipse si reprobus.* Ubi, quando veretur, ne in se eveniat τὸ ἀδίκημα εἶναι (h. e. brabeo athletico excludi, uti explicat D. Dannhavv. ho- domor. phantasm. 9. th. 47. voce in certaminibns usur- pari alias solitâ ad spiritualem hominis pugnam translatâ, qualem vocum athleticarum ad eandem translationem protixè videre est ap. D. Glassium Rhet. de metaph. p. 396.) veretur, ne tale certamen certet, quô ad depositam coronam iustitiae, solis legiūmè certaniibus dandam 2. Tim. II, 5. aspira- re nequeat. Quare autem Apostolum denegandæ sibi co- rationæ timor ita urgeret, ut de veteri homine Spiritui relu-

B

stante



Et ante coercendo, domando, dominioq; ei adimendo, id quod fit
abstinentia, iejunio, laboribus, sanctis meditationibus, preci-
bus uti phrasin Apostoli explicat Glassius Rhet, sac. de me-
raph. p. 382, tantoper est sollicitus; si simpliciter impos-
sibile fuisset, fidem eum amittere, & gratiam Dei excidere?

XII. Cum Paulo in hæc eadem consentit D. Petrus
2. ep. c. II, vers. 20, ubi ita: *Si, postquam effugerunt coinqui-
nationes mundi per cognitionem Domini nostri Iesu Christi, his
rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deterio-
ra prioribus.* Agere & hunc locum de verè renatis, non
verò de ijs, qui professione fidei speciem fidelium menti-
untur, ostendit B. Mentzerus disp. de electione filiorum
Dei th. 212: ex eo, quod Apostolus fidem describit, non ex
professione, sed ipsius potius Christi cognitione, & quidem
tali, per quam homines dicuntur effugisse coinquationes
mundi, qui effectus non soli externæ fidei professioni, sed
veræ fidei competit. Idem ille ostendit ex oppositione il-
lorum duotum: *Cognovisse viam iustitiae, & non cognovisse
viam iustitiae, quam dicit veræ fidei & illi oppositæ increduli-
tatis esse descriptionem: Ea enim intelligitur cognitio (ait) cui
coniuncta est fiducia: sicut Ioh. xvii, 3 Es. LIII. v. II. coniunge 2.
Pet. II, 18, 19. & confer Ezech. xix, 24. Ubi porrò odio dignos-
censet, qui tām illustres Scripturæ locos vociferantur in-
telligentes τὸ δόγμα, secundum opinionem hominum,
juxta judicium charitatis, non de ipsa rei & facti veritate:*
*Eos enim unam illam D. Petri vocem fortissimè vult re-
pellere vers. 18. τὰς ὄτως (sic enim pleraque exemplaria
habent) ἀποφύγοντας, qui verè (non secundum vanam ho-
minum opinionem aut fallax horum vel illorum judici-
um, sed verè, recipia) effugerunt. Cum igitur Apostolus
hic illos verè renatos coinquationibus mundi rursum
implicari posse afferat, & ita quidem, ut posteriora dete-
riora*

riora sint prioribus h. e. statu eorum, relietas coinqunati-
ones antegresso, quô sane invisi Deo fuere, dubium non
est, quin indeficiabilitas sanctorum solidè & ex hoc loco
concutiatur.

XIII. Hisce tandem consentaneum ipsius Servato-
ris iudicium adjungemus. Is Matth. XIII, 20, affimat quos-
dam in petrosâ semen excipere, eos nimirum, qui sermonem Dei
audiunt, ac statim cum gaudio accipiunt eam; non habere au-
tem radicem in se, sed temporarios esse, oriâq; oppressione vel
persecutione propter sermonem statim offendit. Quo ipso di-
sertè inculcat Christus, esse in credentium numero, qui,
cùm credant, postea à fide deficiant; id quod expressis ver-
bis asserit Lucas, quando inquit Cap. IIX, 13. Qui ad tem-
pus credunt & tempore tentationis deficiunt. Excipit quidem
Wendelinus Theol. Christ. I. J. c. 24. explic. th. 18. Chri-
stum non loqui fidei iustificante, seu fiduciâ amplectente meri-
tum Christi, sed de assensu tantum generali seu professione fidei
externa: Verum hoc Wendelini effugium ipse refutat Ser-
vator quando Lucæ IIX, 12. ait: diabolum verbum ex cordi-
bus eorum qui secus viam sunt, auferre ne credant & salven-
tur. Ubicentè de fide salvificâ sermo est: unde, cùm hâc
fide, quâ illi prorsus non credidere, eos qui super petram,
verè ad tempus credidisse, ex vers. seq. patet, fides utique
salvifica tâni hîc, quam illic venit intelligenda. Eidem
Wendelino hic officit, quod illi, qui super petram, dicun-
tur sic credidisse, ut cum gaudio sermonem suscepint: eo e-
nîm describi fidem salvificam, ex Act. IIX, 14. c. XI, 1. c.
XVII, II. &c. probat Gerhard. Isag. loc. Theol. de B. op. th.
31. Neque verò nobis obstat, quod radix illis denegatur,
radix enim non significat ipsam fidem, à qua distinguitur,
probante illud Gerhardo loco cit. ex Lue. IIX, 13. Eph. III:
17. Col. II, 7. Atque inde, tò non haberer radicem, non ne-

gat fidei habitæ veritatem & sinceritatem, sed constantem
eius perpetuitatem. Plura, quæ ad hanc classem referri
possent Scripturæ loca, brevitatis studio omittimus.

XIV. Secunda classis continebit ex eadem S. Scri-
pturâ, firmitate suâ satis conspicua pro nostra sententia ar-
gumenta. Inter quæ primum sibi locum vendicat invi-
tum illud, quod etiam urget Plur. Rever. D. Præses disp.
de Viribus liberti arbitrij: Si fides manet in eodem subje-
cto & tempore eodem cum peccatis regnantibus, unus
& idem erit simul & semel amicus Dei Jac. II, 23. & non e-
rit amicus Dei; erit hæres vitæ æternæ, & non erit hæres
vitæ æternæ. Consequens est absurdum. E. & antecedens
adeoque & illud, ex quo antecedens est deductum; id quod
est ipsa sententia Reformatorum. Consequentia proba-
tur ita. Docet Paulus Gal. III, 26. Omnes esse filios Dei per
fidem & Joh. c. I, 12. Qui receperunt Christum, eis dedisse po-
testatem, ut fierent filii Dei. Addit Paulus Rom. IX, 17. Si
qui sunt filii, esse etiam heredes Dei, immo cohæredes Christi. Sed
& alibi Scriptura non minus aperte hæc inculcat. Psalm V,
5. Non Deus volens iniquitatem tu es, non etiam habitabit a-
pud te impius. I. Joh. III, 15. Omnis homicida non habet vitam
æternam inse manentem. Habac. I, 13. Mundus es oculus &
aspicere pravitatem non potes. Gal. V, 21. Quæcunq; detesta-
nda, quæ ibi præmisserat agunt, regni Dei heredes
non sunt fururi. Hæc & similia loca conferenti, perspicu-
um erit, consequentiâ propositionis ijs satis firmatâ, pro-
thesi nostra strenuè argumentum militare.

XV. Succedit priori argumento nunc tale: Qui-
cunque in Spiritum S. peccat, amittit fidem, gratiam Dei
& Spiritum S. Quidam verè renati peccant in Sp. S. E.
Immotâ majoris firmitate, minor facile item probatur ex
Hebr. VI, 4. 5. Fieri non potest, ut qui semel fuerint illustrati,
gusta-



gustaverintq; donum cœlestē, & participes facti fuerint sp. s.
gustaverintq; bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi, si
prolabantur, ut denuo renoverentur per resipiscientiam &c. De
renatis sermonem hic esse, & veram fidem intelligi, Spi-
ritus S. ipsis illis verbis simul involvit: Illustratum enim &
participem Spiritus S. esse, & gustasse illud regenerationis me-
dium verbum Dei, & virtutes futuri seculi, h. e. justitiam,
pacem & gaudium in Spiritu S. Rom. xiv, 17. in alio: quām
verērenatum convenire non potest. Confer Hebr. x, 26,
27. Vanum hic esset effugium, si quis cum Beza, non sal-
vificam, sed temporariam fidem intelligi, inde arguat,
quod Apostolus vocem yēvedai usurpet, causans, inter gau-
dium & ipsam rei perceptionem multum interesse. Ut e-
nim yēvis in proprio significatu non semper labiale degustationem notat, qualis est vini emptorum, sed bibitionem aliquando ipsam; ita & ad res spirituales eadem vox
translata non aliqualem semper participationem, sed ve-
ram perceptionem notabit. In proprio autem sensu ita ad-
hiberi, testatur D. Glassius gramm. sac. l. 4. tr. 2. de ellipsi
obser. l. p. 700; ubi ad Act. x, 10. Factus est valde esuriens,
& voluit gustare, cum Bezā notat, non tām gustare quām rō
ēdīeu nai θάγειν, vesci significare. & Rhet. sacr. tr. 1. c. 19. p.
479. Gustare vinum Dan. v, 2. per μείωσιν per rō vini potati-
oni egregiè indulgere exponit. In sensu translatō usurpatur
Matth. xvi, 28. yēvedai gerat̄s. Rēdē itaque rō yēvedai &
in hoc loco, pro, verā & ἀρυπερτώ perceptione, sive, pro
intelligere, frui, experiri, accipimūs, uti rūsum præit Glass.
Rhet. sac. tr. 1. c. 12. p. 360. Et verò, si vel dederimus, rō
yēvedai esse labris extremis aliquid degustare; est tamen
in confessō, denotare sic participationem aliquanti de ci-
bo aut potu, unde possit fieri judicium, jam ergo, si grati-
am Dei codem modo illos velint gustasse, concedant uti-

que de gratiâ verè aliquid ita participasse, quippe, cùm mi-
ca, ut sic dicamus, gratiæ, etiam sit gratia. Invertimus er-
gò hanc exceptionem & dicimus: Si gustaverunt, verè
participes factos esse: quod autem non continuerint, cul-
pâ evomentium accidisse.

XVI. Porro, argumentum hoc faciens, suppedita-
bunt severæ adhortationes, ut caveant renati, ne quid ad-
mittant, quo gratiâ Dei excidant. Unde argumentor: Qui-
cunque sollicitè monentur, ut caveant defectionem à fide
per peccata regnantia, illi in peccata talia cadere, & fidem
amittere possunt. Atqui verè renati ita monentur &c. E.
Major plana est, cùm alioquin admonitiones ejusmodi
mera fulgura ex pelvi, & inania forent, si illud, de quo ca-
vendo monentur, fieri planè esset impossibile. Minor
probari posset adductis plurimis exemplis & locis Scriptu-
ræ: sed sufficiat insigne præ cæteris Timothei exemplum.
In numero renatorum illum fuisse, probare non putamus
opus esse: & tamen diligentissimè idem monetur à Paulo
1. Tim. I, 19. *Hoc mandatum commendo tibi, ut secundum præ-*
gressus de te prophetias milites in eis bona in militiam, retinens
fidem & bonam conscientiam, quâ repulsâ non nulli fidei naufra-
gium fecerunt. Hortatur ille cundem, ad fugam profana-
rum fabularum & pietatis exercitium 1. Tim. IV, 7. ad fugam
communicationis cum alienis peccatis 1. Tim. V, 22. ad separa-
tionem sui ab hereticis 1. Tim. VI, 5. ad depositi custodiam 2.
Tim. I, 14. ad legitimum certamen 2. Tim. II, 5. &c. Atque
ad hæc omnia cum hortatur cum formidine oppositi: quia
ei proponit exempla fidei naufragorum 1. Tim. I, 19, aberran-
tium à fide 1. Tim. VI, 10. 21. item comminationem non af-
sequenda corona 2. Tim. II, 5. & abnegationis Christi vers. 12.

XVII. Tandem finem huic classi imponet argu-
mentum duorum ab ingentibus illis incommodis, quorum
impia



impia Reformatorum doctrina causa ac fomentum jure
audit. Argumentior : Quodcunque dogma universam
vitæ honestatem laxat, & impietati ac vivendi licentiæ bi-
patentes portas pandit, illud veritati cœlesti est adversum:
Atqui de Reformatorum dogmate hoc est verum. E. Mi-
nor in apico est posita : Quem enim qui sententiam illam
semel in animum ad miserit, prohibebimus, isto modo
ratiocinari : Aut sum fataliter electus, aut non sum : Si
sum ; Deus fatali decreto fidem & Spiritum S. in amissibili-
lem dare decrevit, & sic fide non poterō excidere ; hac si
non excido, quid obexit pietati, & dilectioni iam Dei
quam proximi nuncium remittere : aut (ut voces ejusmo-
di hominum depingunt Artic. Smale. parte 3. art. 3.) Fac
quicquid libet, modo credas, nihil ibi nocet, fides omnia pec-
cata deler. Si fataliter non sum electus, quid proderit, ho-
ne statis pietati que vinculis tam sollicitè & continuò esse
adstrictum ? nihil hujus unquam ad salutem, decreto fata-
li, æterno & irritari nescio, cui Deo visum fuit, addictam
aliquid conferet ; nihil illius ei consequendæ obserit. Cum
itaque impiarum ejusmodi collectionum Reformatorum
hæc doctrina semen merito & stimetur, vel eo saltē no-
minc à nomine, qui ullam partem sensus habet, oεθοδοξias
vel speciem emendabitur. Multa alia argumenta ad
hanc classem spectantia, uti sunt à præfagijs Christi & Apo-
stolorum, à preicationibus Doctorum Ecclesiaz ipsorum
que renatorum &c. perita, addere non licet.

XIX. Tertiā probationum classēm constituent
manifestata in Scripturâ exempla eorum, qui, cum in statu
gratiæ fuerint, ex eo fuerunt deturbati. Initium autem ab
ijs, qui prima deficiendi fecerunt initia, angelis ut duca-
mus, notum est, eos in vera iustitia & sanctitate creatos, à
Deo se avertisse, & ex angelis lucis in angelos tenebrarum mu-
taros



tatos esse. vide, Joh. ix, 44. ep. Judæ vers. 6. Unde jam primum colligere: Si angeli; multò magis renati possunt amittere justitiam; quippe cùm illis ea fuerit concreata, his imputata; illis ad naturam pertineat, his sub conditiōne saltem fidei detur & ea absente afferatur. Ut autem hæc ab Angelorum defectu ad hominum deficibilitatem argumentatio eò sit tutior, indicamus, nos ipsum Spiritum S. illo modo argumentantem sequi. Ita enim Petrus 2. Ep. cap. II, 4. Si Deus puniit & gratia sua privavit angelos peccantes, multo magis homines graviter peccantes suā gratia privabit & puniet: cuius propositionis antecedens, si ex Scripturæ locis cit. ut factum est, affirmatur, argumentatione nostra Spiritus S. illationi innixa suo sibi constituit robore.

XIX. Proximi ab angelis erunt, qui in deficiendo ipsis fuere propiores, primi nostri parentes; quorum luctuosum eheu! nimium quām validè pro nobis militat exemplum. Erant illi vasa gratiæ Dei exquisitissima, creati quippe ad imaginem Dei, h. e. in sanctitate & iustitia vera Eph. IV, 24. Sed quam planè sese thesauro illo nudarint, secundum corpus & animam in deterius commutati, manifestanmis in nobis et ipsis, qui ad imaginem ipsorum genii sumus Gen. v, 3. gerimus testimonia. Imagine igitur Dei amissâ, quis gratiam ejus statueret non amissam & sanè nisi hoc ita esset, & nec illi, nec nos in illis, verè Dei gratiâ excidissemus, ita ut morti æternæ fuerimus subjecti, quidopus fuisset Christum venire in mundum, pati, crucifigi, mori? gratiæ enim non amissæ restitutionem quis fingere potest? Hinc ergo inferimus. Si Adam & Eva ad imaginem Dei in iustitia & sanctitate verâ creati, poruerunt Deum relinquere, gratiâ ejus excidere, mortisque æternæ rei fieri, multò magis alij renati, Deum relinquere, gratiâ e-
jus ex-

Concil.
Araus.
II. capi-
tulo I.

de jam
possunt
reata,
nditi.
utem
tatem
Spiri-
Petrus
tange-
cantes
antece-
tur, at-
bicon-
ciendo
um lu-
litatex-
, creati-
ta vera
dârinx,
anifesta
enit su-
r Dei a-
anè nis-
ratiâ ex-
quido;
rucifigi,
fingere
imagi-
nt De-
rnarei
ratiâe-
jus ex-
jus excidere, & mortis aeterna rei fieri possunt, cum illi ad
æqualem cum Protoplatis illis perfectionem non vene-
rint. Neque hoc exemplum alienum proclamabit, cui in
memoriam redierit, Paulum eodem modo illo esse usum
2. Cor. II, 3. Wendelinus quidem Theol. Ch. I. I. c. 24 ex-
plie. th. 18. inconvenientia hoc exemplum convicturus,
negat consequentiam propositionis inde deductæ, ex hac
ratione: quia illis in statu innocentiae data fuerit gratia, quâ
possent perseverare, si vellent; non autem data fuerit gratia,
quâ vellent perseverare: post lapsum autem iustificatis & verâ
fide prædictis gratia detur, non tantum, quâ possint, sed etiam
quâ velint perseverare. Sed petit principium Wendeli-
nus, fundamento suo tamen parùm solido innitens. Cum
magistro enim suo Calvinio lib. 3. instit. c. 23. th. 7, 8. scilicet
supponit: decreto suo Deum sic ordinasse, Dominum ita expe-
dire censuisse, ut laberetur Adam. Quo sanè supposito, spon-
te sequitur, voluntatem primorum Parentum ad commit-
tendum hoc grande peccatum à Deo etiam fuisse ordina-
tam ac directam, atque sic (quod ille vult) voluntatem, qua
vellent perseverare, non fuisse datam. Sed ruente hac tamen
debili, quâm impiâ hypothesi, certissimam & hæc ejus ex-
ceptio ruinam evitare non poterit. Et quidem; si post la-
psum iustificatis, & verâ fide prædictis, gratia datur, quâ ve-
lint perseverare, multò magis ea data sit necesse est ante la-
psum, & in statu integritatis; cum in eo hæc omnia in ex-
cellentiori gradu habuerit, quâm nunc in statu re-
parationis.

XX. Succedat iam Saulis, Regis Israëlitici, exem-
plum. Ille, licet non fuerit electus, fuit tamen regenitus:
id quod probatur non tantum inde, quod foedus circum-
cisionis cum Dco quondam in ijt, sed etiam ex eo, quod
Spiritus S. templum fuit, nam i. Sam. II, 6, dicitur *Spiritus*

C

Dei



Dei in eum irruisse c. x, 9, ita, ut mutaret ei Deus cor in aliud; nec minus ex illo, quod dicitur *Spiritus Dei recedere à Sau.* lo I. Sam. xvi, 14. sic enim adfuerit ei necesse est: quam etiam præsentiam *Spiritus S. expijs illis effe*ibus Doctores confirmant, cum ob summam modestiam aversatus est imperij falsces, sequedomi suæ abscondit. I. Sam. x, 22. & summa longanimitate homines jugi impatientes toleravit, dissimulans, se audire I. Sam. x, 27. Frustrè autem excepunt Calviniani, de *Spiritu Sanctificationis* sermonem non esse, sed recessisse à Saul Spiritum Fortitudinis: obstat enim I. Sam. xvi, 14. ubi *Spiritus Iehovæ* oppositur *Spiritu imato*, cui opponitur *Spiritus*, non fortitudinis, sed sanctificationis: Et spiritum fortitudinis post æquè ac ante recessionem *Spiritus Dei*, ipsi adfuisse, patet ex I. Sam. xxiii, 28. & I. Sam. xxiv, 3. Cum vero Saul, quod ante amavet at & coluerat, speneret verbum *Iehovæ* I. Sam. xv, 23. nec super illo peccato seriam, sed hypocriticam ageret poenitentiam I. Sam. xv, 30. pergeret item Davidis mortem obstinate quærere, spretus est à Deo I. Sam. xv, 23. & in desperationis barathrum præcipitatus avo *Ioachigia* periret I. Sam. xxxi, 4.

XXI. Porrò jam illustre illud Davidis exemplum considerabimus. Hunc redatum, immo eleatum fuisse, extra omnem dubitationis aleam est positum. Verum, si nullus adulter est amicus Dei Jac. iv, 4. si nullus adulter & homicida est hæres regnicælorum Gal. v, 19. 20. 21. sed extra cælestem Hierosolymam Apoc. xxii, 15. si item omnis superbus morte dignus est Rom. i, 30; 32. David sanè amicitiâ & gratiâ Dei excidit. Adulterium enim & homicidium Nathan ipsi exprobrat, 2. Sam. xii. & superbiæ ipsius argumentum satis clarum fuit, quod populum numerari fecit, 2. Sam. xxiv. Wendelinus quidem loco cit. Davidem à fidei amissione

sione absolvere audet, ex eo, quod non peccarit plene voluntatis consensu, sed ex carnis imbecillitate, item, quod seriam egeris paenitentiam. Verum plenior peccatorum Davidicorum consideratio hanc Wendelini objectionem facilem eludit. In utrumque enim peccatum, & adulterij, & superbiæ, contra conscientiam & confirmato animo ruit. De priori res est manifesta: primùm enim misit, qui diligenter & accuratè inquirerent de muliere 2. Sam. 11, 3. deinde, certior factus ab ipsâ, se gravidam esse vers. 5. tantum absuit, ut ad se rediret, ut potius in gravius peccatum laboretur, dum studiosè quæsivit, qui contra omnem candorem hoc suum scelus viri concebuit, ad quem soepius cum, cùm ebrium, cùm sobrium, fraudulenter provocabat, obregeret. Postea cùm illud non procederet, Uriam curat occidendum, ut animo morem gerere posset vers. 14. 15. 16. immò, quod est peccatum atrocissimum Esa. IIII, 9. de hac sua malitia tanquam re bene gestâ gloriatur 2. Sam. 11, 25. Atque in eâ totum circiter annum, tempus ad paenitentiam satis longum, impoenitens est versatus: id quod patet ex 2. Sam. II, 5, 27. & c. XII, I. collatis. Superbiæ etiam peccatum pleno voluntatis consensu esse susceptum, id arguit, quod primò instinctui satana dat locum i. Paralip. XXI, I. deinde admonitus à Joabo vers. 3. consilium mutare voluit, sed confirmatum est verbum Regis vers. 4. Tum & hic mens novem & dies viginti effluere passus est, dum ad Deum & se redierit quod patet ex 2. Sam. XXIV, 8. 10. Alteram Wendelini ratiunculam quod concernit, quod nimirum seriam egerit paenitentiam; illam paenitentiam aut intelligit factam in ipso peccato, & ante concessionem Nathani, aut post eandem: si hoc modo intelligit, principium pettit: tunc enim ratiunculam ex hac propositione deducat necesse est: Qui paenitentiam agit, non amisit si-

dem; quam nunquam probabit: si illo modo intelligit, absurdus est, dum peccatum hoc mortale & pœnitentiam in eodem temporis momenta collocat. Nos hac etiam absurditate non attentâ pœnitentiam Davidis in id tempus non conferimus ideo, quia annua ejus impenitentia jam supra fuit ostensa. Et certum est, cum non nisi auditâ Nathaniis concione pœnitentiam demum egisse, quod liquet ex 2. Sam. XII. Si vero Spiritum s. & sic etiam pœnitentiam, tempore admissi peccati cum habuisse ex illo Psalmi LI: *Spiritum tuum ne auferas a me*, adversarius probet; regerimus, hunc quoque Psalmum post acceptam à Nathan absolutionem esse scriptum, & sic non ab homine peccatis ebrio effusum, sed ex angustijs humiliati & contriti cordis profectum: cui responsioni faciem præfert Ægypt. Q. Psalmi, hæc: *Psalmus David, cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabee.* Atque hoc rectè suâ versione expressere LXX. græci, illo, μὴ ἀγανάκτης h. e. ne iterum auferas, puta, ut abstuleras, antequam hunc Psalmum conversus canebam.

XXII. Ultimum ex V. T. exemplum erit Salomonis: Renatum fuisse, constat ex 1. Reg. III, 3. ubi dicitur, *Deum dilexisse & ambulasse in preceptis Davidis Patris sui.* & 2. Sam. XII, 24. ubi dicitur *Deus enim dilexisse.* Sed horrendum in modum hunc degenerasse, manifestum satis: st. vide 1. Reg. II, 4. 6. 7. 8. Gratiam Dei non amissam probare volunt Calviniani ex illo 2. Sam. XVII, 14. *Misericordia mea non auferetur ab ipso.* Sed Gerhard. Isag. Loc. Theol. B. Op. th. 32. in illa promissione quædam ad Christum pertinere respondet, interprete scilicet epist. ad Hebr. 1, 5. Sive vero verba illa ad Salomonem applicare velint, promissio non erit absoluta, sed hypothetica, ut explicat Deus 1. Reg. IX, 4. 5. 6.

XXIII.



lligit, ab-
ntiam in
tiam ab-
tempus
ntia jam
aditā Na-
od liquet
cenitenti.
lo Psalmi
rober; re-
à Natha-
mine pec-
& contrit
rt dñi yeg-
m Nathan
hoc recte
zvēlñs h.e.
nam hunc
Salomo-
dicitur,
tris sui, &
d borren,
atis st. vi-
n probare
cordi mea
Theol. B.
rum perti-
i, s. sive-
promissio
us l. Reg.
XXIII.

XXIII. Inter exempla à N. T. suppeditata eminet
D. Petri. De hujus fide testatur ipsius confessio Matth. xvi,
16. ob quam satis indicat Christus, Spiritum S. eum tunc
habuisse, cùm dicit, *Beatus es, caro & sanguis tibi hoc non*
revelarunt vers. 17. imò electum fuisse ex Joh. xxii, 19. col-
ligitur. Nihilominus Christum ille abnegavit, & perjurij
reus factus est Matth. xx, 70. 71. 72. &c. Unde, gratiam Dei
& Spiritum S. in hoc lapsu cum retinuisse, præterquam
quod ibidem servator non obscurè negat, quando eum
aliquando conversum jubet fratres confirmare; idem non
prius obtinebitur, quām vanitatis arguatur illud Christi
Matth. x, 23. Quisquis abnegaverit me coram hominibus, ab-
negabo eum & ego coram Patre cœlesti. Wendelinus quidem
Theol. Christ. loco ante cit. Petri à fidei defecione immuni-
tatem omnino se evicisse potat, quando ait: Pro Petri fide,
ane deficeret, est expressa Christi intercessio Lucæ xxii, 32. cui
etiam consentit Riverus Cathol. orthod. tr. 4. qu. 18. th. 5.
dicens, — fides ipsius non deficiebat, nisi quis dicat eum, qui
id à Deo perierat, exauditum non fuisse. Sed, non vult Chri-
stus, fidem à Petro non fuisse penitus amissam, sed se oras-
se, ut fides ejus mox instauraretur: sicut, quando dicit Christus
de filia Jairi Lucæ ii, 19. Puella non est mortua, sed dormit;
quando item de Lazaro, infirmitas hac non est ad mortem sed
pro gloria Dei, sensus non est, quod non fuerint illi mor-
tui, sed, quod vita eorum confessim fuerit instauranda;
ita Petri fides petest dici non defecisse, quia mox erat re-
stituenda.

XXIV. Prætereuntes alia N. T. exempla, Hymenæ-
um & Alexandrum spectabimus. De his, I. Tim. i, 19. 20.
Miliçes (Timothée) bonam militiam, retinens fidem & bonam
conscientiam, quæ repulsæ nonnulli fidei naufragium fecerunt,
inter quos est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satana,

ne dicant non blasphemare. Wendelinus Theol. Christ. loco ante cit. satis audacter, Apostolum non loqui de fide iustificante, sed de assensu tantum, & professione doctrina Evangelica, Apostolum loqui, contendit. At eam fidem Apostolus intelligit, quam Timotheo commendat, & quæ amissâ bonâ conscientiâ superesse non potest, quæ sanè est salvifica. Hujus fidei illi dicuntur fecisse naufragium; non quod adhibita naufragij voce removeatur submersio; illam enim mens Apostoli, ex alijs locis abundè spectata, removet non patitur: idèò enim statim vers. 20. additur: quos tradidi Satana, ut dicant non blasphemare, unde & blasphemasse patet: Timotheum item quorundam fidem evertisse 2. Tim. II, 18. Alexandrum multa mala sibi exhibuisse, ultiōne divina dignum, item cavendum esse 2. Tim. II, 14. cum denique verbis suis multūm restitisse, Apostolus affirmat. Submersum autem non esse, sed fidem habere, quia aliorum fidem everit, qui Satanā tradidit, Spiritum S. gratiōsē ei adessē, qui eundem blasphemat, qui contrā gratiosam ejus directionem Apostolo resistit, & multa mala exhibet, & talis est, qui ultiōne dignus cavendus censetur, cogitatu est absurdum. Huc accedit, quod hæc duo fidem retinere, & fidei naufragium facere, ab Apostolo invicem opponantur: At vero, si naufragium facere, esset non totaliter amittere, stare hæc duo, contra quām oppositorum ratio fert, simul possent. Rectè itaque Glassius Rhet. sac. de metaph. p. 395. ad vocem ρωμαϊκῶν circa fidem, notat, de fidei excusione atq. amissione, per apostasianā veritate Evangelij & vita improbitate accipi.

XXV. Circa hæc producta ha&genus exempla excipere communiter cum Bezâ suo solent Reformati; retinuisse renatos in peccatis mortalibus Spiritum S. sed tanquam in astu, quod ajunt, primo, non in secundo: cum non-

nonnunquam fidei & Spiritus S. testimonia sopiantur, ut
ad tempus penitus demigrasse videantur. Quam fidei oc-
cultationem, declarant similitudine ab hominibus ebrijs
aut lethargo laborantibus desumpta, in quibus manet in-
telleucus, sive ratio, et si, quamdiu ebrietas & lethargus ca-
put occupant, ratio se non exerat, sed similis homo sit a-
nimali bruto. Verum supra sunt notatum, Spiritum S. in
aliquo habitare, nihil aliud esse, quam Spiritu S. suam
inhabitationem gratiosis effectibus contestari, dum pios
motus in homine excitet, & operetur fidem, spem, chari-
tatem: Et quis dicet, Spiritum S. in homine tamdiu o-
riat. g. totum annum in Davide impoenitente? Simili-
um illorum ad praesens negotium accommodatio tam est
inconveniens, quam aperta dissimilitudo ebriorum aut
lethargo laborantium, & contra conscientiam peccanti-
um. Ratio, sive anima rationalis est homini naturalis &
essentialis, qua salvâ hominis essentia abesse nequit: fides
autem est donum per gratiam, quod ab homine, quâ tali,
sine essentiâ abolitione abesse benè potest.

XXVI. Sed tempus est, ut ad ea, quæ sententiæ no-
stræ opponuntur, transeamus. Calviniani, cum defen-
dendo absoluto suo decreto omnes conatus semel jura-
mento quasi addixerint, omnia etiam tutam timent, &, un-
decunque decreto suo periculi aliquid impendere, videri
saltem potest, ei caput objiciunt, atque, licet ὁρόδοξος, ex
finibus catholicæ veritatis exterminare laborant. Non
sanè erat, quod à nostrâ, h. e. orthodoxâ circa perseveran-
tiam sanctorum sententiâ Decreto illi suo timerent, cum
ea simul stare benè possint. Renatus enim & electus, et si
gratiam Dei fidem & Spiritum S. ad tempus totaliter amittat,
ad vitam tamen æternam possidendum absoluto Dei
beneplacito prædestinatus nihilominus, tamque accessa-

riæ

Christ. Io.
de fide iusti.
trina Evan.
fidem Apo.
nt, & quæ
sanè est la-
gium; non
merito illam
edata, remo-
additur; quos
e & blasphem.
dem evertisse
buuisse, ultione
I, 14. nūm de-
ffirmat. Sub-
uialorum si
S. gratiōē ei
ratiosam ejus
hibet, & talis
gitatu est ab-
tinere, & p.
opponantur
ter amittere,
o fert, simul
metaph. p. 395.
excusione atq.
vita improbi.
xempla exci-
mati; reti-
n S. sed tan-
ndo: cum
non-

xiò occupatus censeri potest, dummodo fidei finali,
quam & nos electis non derogamus, locus relinquatur. Vi-
de pluribus id ostendente Plur. Rever. D. Præs. disp. de
Viribus lib. arb. Verum illi, Anabaptistarum, qui & ipsi
itinere non recto præcesserunt, vestigia sequentes, nobis-
eum hīc facere tutum non putant. Ideoque in synodo Dor-
rechtana, cum articulo 4. docuissent; vere fideles — non
solum à carne, mundo & Satana in peccata etiam gravia &
atrocias abripi posse, verum etiam iusta Dei permissione abripi,
item articulo 5. concessissent, talibus enormibus peccatis (ve-
re fideles) Deum valde offendere, reatum mortis incurvare,
Spiritum S. contristari, fidei exercitium interrumpere, consci-
entiam gravissimè vulnerare, & sensum gratia nonnunquam
ad tempus amittere; articulo tamen 6. peccatis magis denu-
dantes, pronunciant: Deum, qui dives est in misericordia,
ex immutabili electionis proposito, Spiritum S. etiam in tristi-
bus lapsibus à suis non prorsus afferre, neq; eò usque prolabi eos
sinere, ut gratiā adoptionis ac iustificationis statu excidant, aut
peccata ad mortem, sive in Sp. S. admittant, & ab eo peccatis
deserti, in aeternum exitium sese precipitent. Sed quām tur-
piter hic scēdent Calviniani, & quām apertam contradic-
tionem hac suę mentis manifestatione admittant, satis
manifestum Plur. Rev. D. Præses disp. cit. fecit. Multitu-
dine rāmen ferè innumerabiles pro hac suā sententiā affer-
re Calviniani rationes solent: quas cum nobis omnes spe-
ctare non liceat, Wendelini, qui pugnacissimè suam sen-
tentiam propugnat nostram oppugnat, argumenta spe-
ctasse sufficiat. Decem autem ille, Theol. Christ. loco sæ-
pē cit. profert, de quibus ordine.

XXVII. Primum argumentum desumptum ex Psal-
mo. I. hoc modo proponit: Quia fideles sunt instar arbo-
rum, quae ad rivos aquarum sunt plantatae, quae fructus semper
ferunt, & nunquam exarescent. Ad quod respondeamus:

Accu-



fidei finali,
quator. Vi.
res disp. de
qui & ipsi
ates nobis
synodo Dor.
fideles — non
gravia & a-
ffissione abripi,
us peccatu(ve-
's incurriere),
mpere, consci-
nonnunquam
magis denu-
misericordia,
tiam in triffti-
ue probabi cos
excitant, aut
ab eo penitus
ed quam tur-
im contradic-
nitrrant, satis
cit. Multius
ntentia affec-
is omnes spe-
nè suam sen-
gumenta spe-
riti, loco sa-
utum ex Psal-
inßar arbo-
fructus semper
spondentur:
Accu-

Accuratè hic esse notandam descriptionem subjecti, aut fidelis, quæ continetur vers. 1. Scilicet, ut omnis arboris vigor est hypotheticè & reduplicativè intelligendus; eam nimurum non exarescere, nec folia eius decidere, si, quamdiu, aut quatenus vivificum succum attrahat; ita status gratiæ & perseverationis hominis eodem modo est capiendus; scilicet, quamdiu fidelis est fructiferæ arborei similis, & requisita vers. 1. in se habet, tamdiu eum ex statu gratiæ non deturbari. Si vero utrobiique hypothesis illa & conditio cesserit, etiam, quod ratione ejus de utroque enunciatur, cedat necesse est. Lucem his addit illud Joh. xv, 2. *Quem-
libet palmitem in me, non ferentem fructum, tollit (Pater) &
quemlibet ferentem fructum, purgat, ut copiosiorem fructum
afferat: quo loco hypothesis aperte satis insinuat ipse Ser-
vator; quâ admissâ, aërem Wendelinus ferit.*

XXIX. (2) *Quia animis fidelium Deus indidit reve-
nentiam, ut non recedant ab ipso* Jerem. xxxii, 40. Resp. Fæ-
dera talia, quale circa præsens factum, hoc versu indica-
tur, non solent esse absoluta, sed conditionata, quibus non
tantum potest resisti Act. vii, 52, sed planè etiam possunt
impediri Matth. xxiii, 27. Atque hoc ipsum foedus includit
medium, ex parte Dei, verbum ejus Jerem. xxxi, 33. planè
sicut alia hujusmodi, medium ex parte hominum, veram
pietatem includunt. Vide Gen. xvii, 1. 2. Levit. xxvi, 3. II,
12. Horum igitur unum cum deest, foedus rumpitur, non
ex parte Dei, qui non mutatur Malach. iii, 6. sed hominum,
Jerem. xix, 8. qui media à Deo præscripta non usurpant.
Huc accedit, quod Jerem. xxxi, 36, 37. mentio fit totius se-
minis Israël, seu Ecclesia: Unde dicimus, huic collectivè
sumptæ, Deum indire reverentiam, ut ne recedat ab ipso:
malè autem à toto collectivo, qualis est Ecclesia, ad par-
tes singulas argumentum ducitur.

D

XXIX.

XXIX. (3) *Quia manus eorum sustentat Iehovah, ne dejiciantur Psalm xxxvii, 23. 24.* Resp. Per verbum dejici Prophetam hic intelligere casus adversos, & calamitates, indicantem, nullum posse ijs supervenire casum tam gravem, qui de praesidio aeternae salutis dejicere eos valeat: si quis verò verbum hoc (dejici) referri etiam velit ad peccata, hoc sensu: si vel ignorantia peccent, vel infirmitate carnis præoccupati labantur, sine destinato proposito, cum Deum manum supponere, ne in eo peccato planè succumbant, sed à lapsu surgant, ea interpretatio tolerari potest, sed nobis non adversatur: si verò de lapsu malignitatis intelligere Reformati velint, contra nos quidem esset; sed huic acceptioni plura Scripturæ loca habent contradictionia, qualis ille Isa. LIX, 2. *Iniquitates vestre diriserunt inter vos & Deum vestrum &c.*

XXX. (4) *Quia Christus pro ipsis orat, ut fides ipsorum nunquam deficiat.* Joh. xvii, 15. 20. Resp. Christum cum temporis orasse, ut nunquam à fide sui deficerent, Wendelinus non probabit: Hoc sanè petens à Deo sine dubio impetrasset; impetrasse autem, ipse refutat eventus, cum Petrus unus ex illis, pro quibus Christus rogavit, ter Christum abnegavit & pejeravit. Quid autem Dominus tūm rogārit, Evangelista addit, nimirum, ut sanctificantur in veritate vers. 17. ut sint unum vers. 11. item, ut custodiantur à malo vers. 15. Sanctificari autem in veritate, unum esse, item custodi à malo, continuam & non interruptam fidei perpetuitatem importare, quis dixerit? Et posito, pro continua fidei duratione Christum orasse, nondum tamen evictum est, orasse, ut absoluta suā potentia à defectione illos Deus custodiret. Deus, ut spiritualis, ita & naturalis vita custos est, sed ideo nemo fit αὐτοχεῖ? Custodivit Deus Simsonem ne succumberet coram Philistais E, etiam si votum Nazatus

izatus violasset, mansisset nihilominus pristino virtute
robore? Non puto equidem.

XXXI. (5) *Quia oves Christi h. e. verè fideles nemo po-*
cessat rapere ex manu eius. Joh. x, 29. Resp. Oves Christi ex ma-
nus Dei rapi non posse, si potentiam absolutam ipsi agere place-
ret; sed ordinari cum agere, patet inde, quia statim addi-
tur: Oves meæ vocem meam audiunt. Quamdiu ergo sunt &
maudent oves Christi, cumque audiunt ac sequuntur, vide
vers. 3, 4. 14. 16. tamdiu nemo illas ex manibus Christi rape-
re potest; possunt autem ipsi ex internâ pravitate & diabo-
li seductione se subducere Hebr. x, 38. atque à grege aberrare
Lucæ xv, 4. Non melioris ergo notæ est Wendelini ea ar-
gumentatio, quam talis: Nauta vel remex, quamdiu na-
vis est salva; non submergitur E. neque tum submergitur,
cum petulantiam aut aliâ ratione motus, sese in mare dat
præcipitem. Solent alias nostri Theologi adhibere exem-
plum Ismaelis: hic, quamdiu Patri obediens, fratrem dili-
gebat, manebat in ædibus paternis, cum vero malitia suâ
stimulatus fratri illuderet, ejiciebatur, ac paternorum bo-
norum hereditatem non cernebat. Hæc perpendenti, quid
Wendelinus efficiat constabit.

XXXII. (6) *Quia qui credunt in Christum, in secundum*
habent qui permanes in vitam eternam. Joh. vi, 26. 27. Resp.
Confert hic Christus cibum corporeum, & Spiritualem,
juxta ea, quæ utriusque ex se & natura suâ competunt; & vul-
cibum corporeum vitam tantum corpoream tueri, & pe-
rtere, h. e. in ventrem vadere, & in secessum emitte Mat. h.
xv. 17. & proinde novo semper cibo opus esse: vitam vero
spiritualem facere ad vitam totius hominis, animæ & cor-
poris, beatam illam, morti secunda oppositam Apoc. II, ii.
20. vide harmoniam Calixti ad hunc locum. Nihil igitur
ex hoc loco Wendelinus eruct, quam fidem ex se tales es-

se, quæ ad vitam æternam conducat: id quod nos non negamus, neque contrarium sequitur, etiam si fides ad tempus deficiat, dummodo restaurata finaliter homini adfit.

XXXIII. (7) *Quia qui edunt ex pane, quem Christus datur, h. e. qui credunt in Christum, vivunt in aeternum.* Joh. vi, 51. Resp. Cur Wendelinus hoc dictum præ alijs suis sententiae stabiliter ad apertum existimet, non apparet. Locum de finali fide loqui in apice est; ideo autem, quod, qui finaliter credit, vitam æternam habet, fidei ad tempus desirabilitatem excludere, circa 20.8.90 est. Quasi vero ei, qui à fide deficit, postea omnis ad eandem reditus sit interclusus!

XXXIV. (8) *Quia in se habent fontem aquæ salientiæ in vitam aeternam* Joh. Iv, 14. Resp. Comparat & hoc loco Christus ipsas aquas inter se, quantum est ex parte ipsorum aquarum. Communis aqua non restinguunt sim, nisi ad tempus, quia absumitur & in venas corporis distribuitur, ut aliâ atque aliâ semper opus sit: Spiritualis vero aqua, sive gratia Sp. S. quantum est ex se, sitim aboleat in perpetuum, sive hominem reficit, irrigat, fœcundat, usque dum in vitam æternam perveniat. Vide harmoniam Calixti ad h. locum. Etsi autem hanc ex se efficaciam aqua Spiritualis habeat, cùtamen homo gaudere diutius nequit; quoniam, quo usq; ipsam aqua spiritualem semel haustam conservat, & verbo ac Sacramentis sovet: simul enim aquam illam excutiat ac evomat, ut certè per peccata mortalia excuti potest, evomantis culpâ vivida illa ejus virtus desinit, nec homini prodest. Quando igitur Wendelinus ex eo, quod renati habent gratiam Spiritus S. cuius virtus ex se talis est, ut ad vitam usque æternam pertingat, ejusdem inamissibilitatem & necessitatem vitæ æternæ impetracionem infert, perinde est, ac si de certâ pecunia summâ quis dieat, sufficere eam fundo certo emendo; & inferat, E. necessariò cù fundum esse emendum, non attento, pecuniam

aut



aut amitti aut alij rei destinari posse, quæ illatio est ridicula.

XXXV. (9) Quia fideles non peccant, neq; possunt peccare ad mortem, eò quod semen Dei in ipsis maneat, 1. Joh. III, 9. Resp. Fideles mortaliter posse peccare, suprà, productis adversariorum ipsorum met testimonij Th. 26. est ostensum: qualium ipsorum testimoniorum non pauca quoque collegerunt Giessenses tom. 3. disp. 3. Cùm igitur juxta ipsos etiam renati mortaliter possint peccare, & tamen Apostolus dicat, ex Deo natos h. c. renatos non posse peccatum facere h. c. mortaliter peccare vid. Glass. gram. fac. d. 3. tr. 3. de verbo can. 14. conciliationem eorum in speciem contradicentium fieri, non male ipsos habebit. Nos itaque dicimus, verba illa textus: Qui ex Deo sunt; reduplicative esse intelligenda, nimirum, quatenus & quamdiu manent in Deo, ex quo sunt nati, sive fideles. Reduplicationem illam insinuat additus ille ὡραῖος γειτόνες: quia in eo manet semen eius h. c. verbum Dei, ut explicat Glassius Rhet. tr. I. c. I. p. 286. tum illud vers. 6. Omnis qui in ipso manet, non peccat & c. v, 18. Novimus, quod omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed servat seipsum. Vera igitur è h. ynois dicti, quo nuntiatur Wendelinus, hæc est: Subiectum est; Omnis ex Deo natus, scilicet per spiritualem πάλιν γένεσιν: Condito subiectum est sensus compositus, voce ὅμη significatus, scilicet, quatenus semen verbi divini retinet, sive, ut est Psal. cxix, II. (in quo explicationem suæ interpretationis jam dicitur esse, dicit Glassius loco cit.) quamdiu in corde suo abscondunt eloqua Dei, ne peccent: prædicatum est, non facit peccatum, scilicet mortale. Qua dicti explicatione obtinente, quid Wendelinus efficiat, in propaculo est.

XXXVI. (10) Quia fideles nihil potest separare à dilectione Dei Rom. IIX, 38. 39. Resp. Paulus non dicit, quod hi ipsi non possint se à dilectione Dei separare, sed potius initio cap. testatur, si secundum carnem vivant futurum ut mo-

siantur; hoc verò vult; nullam exterram vim à Christo
abstrahere posse electos vers. 33. qui sunt in eo vers. 1. & filii
Dei sunt, ac spiritu Dei aguntur vers. 14. Præterea ex verbo
ultimo patet, esse hic faciliaciam causæ: Nulla creatura potest
separare nos à dilectione Dei, E. neque peccatum. Pecca-
tum enim non est res creata. Et tandem, si peccata velis in-
cludere, & dicere; neque hæc separare electos vers. 33. à di-
lectione Dei, intelligendum illud de finali separatione, à qua
immunes electos esse, libentes largimur.

XXXVII. Infirmatis ita, in quatuor tutelâ suam la-
tere sententiam Wendelinus voluit, rationibus; addu-
ctis item argumentis, firmissimis, ut opinamur, stabilitatis
theseos nostræ præsidij, finem disquisitioni facimus; idq;
verbis D. Petri I. ep. c. v. ver. 10. II. Deus omnis gratia, qui
vocabit nos ad eternam suam gloriam in Christo Iesu, paulisper
afflictos, absolutos nos reddat, stabiliat, roboret, fundet.

Ipsi gloria & imperium in secula seculorum.

A M E N.

Ne Pagina relinqueretur vacua, placuit sequentia
corollaria annectere.

C Calvinianos vera & invariata Aug. Confessioni esse addi-
ctos, per negamus.

II. Quin imò illas ipatos esse putamus. ad quos Aug. Con-
fessionis artic. X. illud, Damnant secus docentes, pertinet.

III. Malè Calviniani pugnam inter voluntatem Dei, an-
tecedentem & consequentem fingunt.

IV. Malè redemptionis universalitatem negantes, fides
justificanti & salvifica fulcrum labefactant.

V. Malè mundus illis solos electos denotat, cùm nullum
hujus significati pro se ex scriptura apertum exemplum habent.

VI. Malè ex decreto electionis respectum meriti Christi
& fidei excludunt.

VII.

Christo
& fili
x verba
potest
Pecca.
elis in-
33. à di-
ne aqua
suam la-
; addu-
ibilitatis
nus; idq;
ratio, qui
panisper
fundet.

protege
ntia

ffice addi-
Aug. Com-
es.
Dei, an-
es, fidei
nullum
abeans
Christi
VII.

VII. Malè à lapsu Adami à Deo non impedito, ad ejusdem ordinationem argumentantur.

IX. Malè nostram de communicatione idiomatum dō-
ctrinam Eutychianismi accusant.

X. Malè à negat à omnium idiomatum divinorum de
humana Christi natura p̄dicatione, ad negandam corundem
communicationem, consequentiam faciunt.

XI. Malè per baptismum omnes infantes regenerari in-

ficiantur.

XII. Malè astraude sanctitati satorum ex fidelibus, sus-
cessionem hereditariam in contractibus civilibus accommodant

XIII. Malè in hac propositione Domini: Hoc est corpus
meum, Tò Hoc exponunt: Hic panis.

XIV. Malè in ejusdem propositionis copula tropum ponunt.

XV. Malè eundem ponunt in ejusdem p̄dicato.

XVI. Malè salvâ suâ de cœnâ Domini doctrinâ, tuto se
Aug. Confessionis articulo x sub scribere posse putant, cùm tamen
realē corporis & sanguinis Domini presentiam eam saltē,
quâ fidei corpus & sanguis Christi presentia sint, vocent.

XVII. Malè recessionis à proprietate littera nos arguunt ex
eo, quod dicimus in, cum & sub pane esse corpus Christi.

XIX. Sine sufficienti causâ definitionem Eucharistiae à
Luthero datam, in quâ loco generis obiectum ponit, viri ac-
cusant.

XIX. Iohannes Verstius Prafatione ad viros benē doctos,
Dissertationum sacrarum compilationi præmissâ, Lutheranos
putat se se premere posse hoc Syllogismo:

Quod Dominus discipulos suos accipere atq; comedere iussit,
hoc fuit corpus Domini;

Panis iste, quem Dominus in manus sumpsit, est illud, quod di-
scipulos accipere atq; comedere iussit;

E. Ipse ille panis, quem Dominus in manus sumpsit, fuit corpus
Domini.

Sed

Sed tirones etiam Logicorum norunt, in primâ figurâ, si maior non sit universalis, formaliter nihil sequi. Quod si maior hic sit universalis, falsa erit, & à Vorstio adhuc validè probanda, si quid contra nos efficere velit.

XX. Idem tamen Vorstius, de maiore imprudenter secundus, minorem hoc prosyllogismo munit.

Quod Dominus discipulis suis dedit, id est ipsum illud, quod

Dominus discipulos suos accipere atq[ue] comedere iussit:

Ipse ille panis, quem Dominus in manus sumpfit, est illud, quod idem Dominus discipulis suis dedit:

• E Ipse ille panis, quem Dominus in manus sumpfit, est illud, quod idem Dominus discipulos suos accipere atq[ue] comedere iussit.

Sed huius Syllogismi conclusio non ferit scopum. Non enim nos negamus, Christum panem etiam, tunc accipere & comedere jussisse. Solum panem, aut panem principaliter edere jussisse, hoc negamus, & à Vorstio erat inferendum. Sub illâ enim eius propositione Maiore, nos quoque sic subsumemus: Corpus & sanguis Christi sunt illa, qua Dominus discipulis suis dedit: & concludemus contrâ Vorstium: Ergo Corpus & sanguis Christi sunt illa, qua discipulos suos accipere, comedere & bibere jussit. Minorem probabimus verbis Domini: Accipite, edite, hoc (quod edere vos volo) est corpus meum &c. Vbi miramur, Vorstium Epistola pag. 110. objicere: Non dixit Dominus, corpus meum, & sanguis meus sunt illa, que ore manducabitis & bibetis, sed corpus & sanguinem posuit postremo loco, dixitque, Hoc (quod edere vos in beo) est corpus meum, Hic est sanguis meus. Si doctrina conversionis enunciationū nō est oblicus, facile huic obiectiunculae respondebit ipse. Hic ergo ad nostram illationem respondeat Vorstius, & nos ad ipsius illationē facilimo negocio respondebimus. Male scilicet disputat, qui thesin suam probare negligit. Quomodo autem Maior propositio Vorstij sit limitanda, Dn. Praeses mox alibi ostendet.

ERRATA.

§. XVI. lin. 8. inane. §. XXIV. lin. 14. leg. 2. Tim. 4.

in & renatis confidam
men sub initium o&avi
js auxilio Spiritus San-
condemnationem in-
conscientijs nostris re-
ntemur, multa solati
m in mentionem re-
Deum in electione nul-
lionem habere, quin de
s & in totum gratu-
equentibus capitibus,
pitibus posterioribus,
mnis generis pertra-
& dilectionem mini-
bidentiam, denique
inistris praestandam.
stendit, quomodo in-
sint, ne scandalum
uo usque Christiana
uit. Ultimo capite
scibit, & turbones
tandem laude Deo
imponit. Hæc est
explicatione ex de-
ogicæ prælectionum
tem in explicatione
literalem per capita
e illustrior aliquis
nens sese obtulerit,
ut simul breviter
timanâ die lovis in
uditores Optimi
im excitate.

or.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-559905-p0036-4

DFG

99 A 6986



3

f

Sl.

VJ 17


Rehor




Farbkarte #13

B.I.G.

Black	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	



44.
DE
EVERAN-
ANCTORVM
TATIO THEOLOGICA
Contra
D R M A T O S
2 V A M
O. M. A.
PRAE SIDE
A R D O T I T I O
OL. D. ET PROF.
R D I N A R I O
TA ACADEMIA JULIA
liem Septemb.
LEI AUDITORIO MAIORI
Publicè proponet
O U S S T R O V E R U S
DEMUNDENSIS
AUTOR & RESP.

HELMESTADII,
ANNIS HEITMÜLLERI.
Anno d[omi]ni c LXII.

